



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Thronus Dei Maria Deipara**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

Eorum exempla, qui in morte singularii Deiparæ beneficio sunt adjuti, n.

12

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

morte à  
Deipara  
adintro.

unius concessis vehementer gratulabatur, ac pro eius dignitate tuenda; & ne quid ei de suis donis minueretur omnes cruciatus si opus esset perpeti paratus erat. Cui quid Virgo sanctissima antequam illi efflaret animam, & in ipso animæ exitu à corpore, & post eius obitum præstiterit; Deipara ipsa S. Brigitte his verbis loco citato narrasse scribitur: Ego steti propè eundem filium tuum Carolum paulò antequam emisit spiritum, ut carnalem amorem non sic in memoria haberet, quod propter cum ali quid Deo contrarium cogitaret, vel loquenter, nec aliqua Deo placentia vellet omittere. Neque ilia, quæ possent esse quomodo libet diuinæ voluntati contraria, vellet perficere ad animæ sua nocumentum. Ego etiam taliter iuui eum in illo arcto spatio, id est, exitu animæ suæ à corpore, ut non tam duram poenam sustineret in morte, quod ex ea inconfans fieri posset aliqualiter desperando, & ne Deum in morte obliuisceretur. Ego etiam custodiūt aliter animam ab ipsis immortalibus inimicis, id est, dæmonibus, quod nullus eorum tangere posset. Sed statim cùm egressa fuit à corpore accepi eam in meam custodiā, & defensionem. Quo facto turba dæmonum festinante fugit, & recessit, quies sua malitia ipsum cupiebant deglutiare, & æternaliter cruciare. Hæc ex illa Reuelatione, & infra Angelus testatus est Virginem Dei genitricem ex virtute sua eidem Carolo contulisse quicquid illi deerat in armis spiritualibus, & indumentis, quæ pertinent ad milites intraturos in Regno caeli ad summum Imperatorem: Cæstius lib. 7. exemplorum complures regens, qui in extremis B. Virginem sibi adesse, leque consolari conspererunt, ut videre est à cap. 51. usque ad 57.

**De Ful-**  
**bertoCar-**  
**notensi E-**  
**piscopo à**  
**Deipara**  
**in morte**  
**visuato.**  
**Baronius.**

qui obiit anno 1028. illud memorix proditum est, quod etiam refert Baronius tom. 11. Annalium ad eum annum, quod eam esset erga Dei genitricem additissimum, in cuius laudem librum conscriperat, basilicamq; constituxerat ab ea singulari remuneratus est dono, dum ipsi agrotanti per visum apparens, fugenda aperuit sacra vbera: sic & alijs modis suos famulos in exitu vita confolatur Virgo sanctissima.

11 Ad implorandum igitur in morte Virginis patrocinium, sancta Ecclesia illa precandi formula ad Virginem vtitur in salutatione Angelica, Angelica: Ora pro nobis peccatoribus nunc & in

hora mortis nostra: & in quedam hymno: Tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe: & futu[m] mare rubrum Moysi virga percussum, ac diuisum, iter sicco vestigio Dei populo ad terram promissionis lacte, & melle manantem contendenti præbuit; ita per Virginem, quam virga Moysi, ut supra diximus, adumbrabat transitus per mare huius mundi ad celestem patriam electis re promissa expeditus Dei seruus redditur. Et quia de mari rubro loquimur, addam ad confirmandum, quod proposui, illud S. Bonaventura in Spec. B. Virginis c. 3. ubi S. Bonaventura dicunt, nomen Mariae inter alia significare amatum mare: Illa enim amarum mare fuit diabolus, & Angelis eius per islam oppressus, & submersus, non secus ac Aegyptius in mari rubro, & ideò eā Maria dicit esse amaram, & timendam dæmonibus. marina ita ex Bonaventura.

EORVM EXEMPLA QVI EN MORTE  
singulari Deipara beneficio  
sunt ad.uti.

¶ A T veò non abs re erit in præsentia aliquorum proferte exempla; qui in terribili illa hora mortis, quæ teste Aristotele lib. 3. Ethic. c. 6. mesu[m] omnium terribilium tempestissimum existimat, Deipara sedulo se commendantes, singulari eius opem sunt experti; vel eiusdem visitatione confundunt ex hac vita fidentius emigrant: ea autem istud verbi, quib[us] ab Auctoriis vnde ea excerpimus letibuntur, acq; altius repetenda duximus, quo auxilijs à Deipara collati necessitas, vel opportunitas, magis perspicuo omnibus appareat.

S Opportuna Virgo, & Monachum Abbatisca, cum graui corporis ægritudine teneretur, exacta quadam nocte vidit B. Cæciliam, & S. Luciam causam visitationis ad le venire; quas nū dicitur, vidisset blando termone ita fatuuit: A. tu mons uete forores Cæcilia, & Lucia; quid præcepisti in sup. Ancillæ suæ gloriofa Virgo Maria coelestis Regina, & omnium Virginum Domina? Relpo. Dæmones sacræ virgines Cæcilia, & Lucia dixerunt: O splendidissima sponsa Christi Opportuna, expectat aduentum tuum intacta Virgo Maria, ut filio eius coniungaris in celo, quem totis visceribus dilexisti in mundo; ornata corona gloriae tue, & accensa lampade, debes ire obuiam sponsō, & sponsæ. Post latitiam autem præclaræ visionis, & visitationis, dum clerus in exitu sancte illius animæ, & astantes

stantes sanctimoniales psalmos decantarent, & ipsa cum eis decantaret, respiciens ad oītū domus, dixit his, qui psalmos decantabant: Ecce advenit Domina mea beata Virgo Ma- ria, cui vos commendo, quos in hoc teculo amplius non videbo. Extendente autem ea bra- chia, quasi Matrem Dei vellet amplexari, fan- ña ejus anima carne est soluta, & vivit cum Christo per aeterna secula. hæc ex vita ejusdē à Sancto Adelelino Episcopo Sagieni literis consignata apud Surium tom. 2. die 22. Apr.

S. Arnulphus Episcopus Suelloensis in vi- gilia Assumptionis Dominae nostræ, querat sabbati dies, mortem suam imminere dixit fra- ctim moribus: Parate jam, inquit, funeri necessaria, nam sub noctis initium decedam, ut misericordia Domini minus, cui pro virib. servire conatus sum, he- tu cognoscere nocte revelavit, cum ille terræmotus, & aeris concusso fragorem celae exsanset. Sub

B. Virgine prima enim qualificatione B. Petrus Apostolus dixit: ad me venit significans mihi peccata remissa, & vitæ januam patere. Sub altera qualificatione hunc glo- cum multis Angelicis spiritibus S. Michael me invasit, pollicens, te duce, me ad beatam vitâ ingassurum. Tertia concusso adfuit Domi- na nostra vera misericordie mater, multis sti- pata sanctorum virginum agminibus; benig- nissima voce me certiorem efficiens de ani- ma mea inter Assumptionis eius gaudia in coe- los transferenda. Sub horam autem vespertinam corpus, & languinem Domini nostri le- su Christi summa cum devotione percepit, sic- que ad requiem apirans sancto crucis ligno se confignavit, & in ipso Dominicæ noctis in- gelu, de lectulo se subrigens, in pavimento cinere, & ciuitio strato feliciter obdormivit 18 Kal. Septembris. hæc ex ejus vita à Lisiandro Episcopo Suelloensi conscripta cap. 4. & 5.

apud Surium tom. 4. die 15. Augusti.

Exempla 13. Quidam nomine Florentius vir eloquens Florentius & moribus civilis, qui simonia perfidia valde munitus pro se contaminarunt, in cuiusdam Episcopi suscep- tione fuit patrocinio; gravissime decumbens, jam factio- ne deinceps, acerbus, moestusque luctus, crebroisque singu- larissimus, per amicos à B. Ioanne Gualberto Ordinis Vallis Umbrosa Institutore, habitum Ordinis ejus sibi donari petuit. Afferunt vir sanctus, nec multum cunctatus, novinorum habitu cum induit. Eo induitus cum jam revaluissest, & scorpioni innixus Monasterium periuolaret, prius morti vis eum de novo invasit, ita ut

morti propinquus videretur. Id ubi sanctus addivit, ad lectum ægroti cum multis fratribus accessit, eumque à corpore migraturum Domino commendavit. At æger caput suum pallio, quo erat opertus texit, & viri sancto, cur id faceret, inquirenti respondet timens, ac tremens: Video Satanam propè assisterem, e cuius ore vasta flamma funditur, & ex naribus sumus sulphureus prodit. eum autem locum, in quo illum cernebat viri Dei indicat, ille ablatæ à manu tenentis cruce, diabolum ea egregie, velebat ut, tum ille mox instar humi evanuit, & ægrotus in has prorupit voces: Ecce au- augit Satan, ecce recessit; & ecce adevit bea- ta Maria, Sancti qj. Petrus, & Benedictus. Atq; his dictis spiritum exhalavit. Nec ex Basilio Melancthi Generali Ordinis Vallisumbroæ in vita Sancti Ioannis Gualberti apud Surium Surius.

tomo 4. die 12. Iulii.

Cum S. Richardus Episcopus Cicestrensis & Richar- morbo esset prægravatus, & confessus illam diu Epis- Psalmistæ vocem: In manus tuas Domine com copie Ci- mendō sp̄ ritum meum, crebri iterabat. Ad bea- cestrensis tissimam quoque Christi matrem, tempore diem obi- Virginem Mariam subinde corde simul, & vo- ce le convertens, ajebat,

Maria mater gratia	cœur Dei-
Mater misericordia	para ad
Tu nos ab hoste protege,	suas aureas
Et hora mortis suscepit.	sapientie- rari subet.

Psalms. 40

Mandavitque suis Capellanis, ut ea verba Officii Ecclesiæ ad ejus aures pronunciare non cessarent. Atq; ita inter suspiria piaæ devotionis, & verba sacrae orationis adstantibus Religiosis Presbyteris, & Clericis, Laicis quoque fidelibus B. Richardus animam deinceps in illa beatissima civium su- periorum vicituram societate reddidit Crea- tori. hæc in ejus vita apud Surium tom. 2. die Surius.

2. Aprilis.

In hora transitus S. Patris Domidici Ordini. S. Domini nis Prædicatorum institutoris adfuit beatus cuius est vita Virgo cum filio, prout revelatum fuit cuius decedens à dam devoto Patri Priori Conventus Brixiensis, Christo ac qui dicebatur Fr. Gicala Longobardus, qui Maria postea Brixia Episcopus fuit. Hic enim eadem duabus die hora, qua S. Pater migravit è saeculo, anno scilicet ad atatis suæ quinquagesimo primo, feliciter te cœli in per- tria sexta, hora sexta, levide pressus somno post diu: cu: orationem vidit interioribus oculis quandam fratri vi- aperturam in cœlo, per quam submittebatur fusa est, candidissime due: icale. luminitatem unius

Tt scilicet

sealæ tenebat in manu B. Virgo Maria, alterius summitatem filius eius Iesus Christus tenebat; Angeli vero discurrebant per eas ascendendo & descendendo. Et in fine triusque scalæ sedes posita erat, & una super eam sedens, qui similis erat fratri prædicatori habens faciem velatam eunti versus Ierusalem coelestem. Scalas autem illas sursum trahebant Dominus Iesus cum matre pauperrim, & dicebatur sursum simul cum illis scalis, sedes pariter eum sedente, comitantibus Angelis. Denique tecum incœlum scalis, & lede cum sedentie apertura illa clausa est, visioq; disparuit. Quapropter subito dictus frater pexit Bononiam, & reperit quod illo die, hora Pater ē mundo in colum transierat. hæc S. Antonius 3. part. h. i. d. 23. cap. 4. § 14 in vita sancti Domin.

*Exempli.  
Vidua &  
grotanti  
Desparan  
ad eum, ac  
eideam de  
funda in  
xia perjol  
uit.*

14. Religiosa quedam viuia, quæ in sancta viduitate diu seruierat Domino, & filias suas in sancta virginitate sponte coelesti integras seruabat, in villembroco prope Niueiam in extremis laborabat. Vedit autem hæc nostra Maria de O: genes beatam Virginem sancte viduae afflentem, & quasi habello quadam caloris æstum, quo torquebatur, humanissime temperantem. Cum autem anima illius iam esset egredita à corpore, turba demonum insidianum nulli orationum instantiæ cedere voluit, donec clauiger æthereus crucifixi vexillo ostropiter pudefactos profligaret postquam autem defuncta est, vedit Christi ancilla beatissimam Virginem cum multititudine coelestium pulchrius psallentium, & Deum laudantium, & velut in doo chorus distributatum oreci eius corpus versauit. Cumq; Sacerdos pro morte exequias celebrare, summus Sacerdos Christus cum sanctorum frequetia officium, (vt videatur) etiam complebat, & ministrandum in modum Ecclesia triumphans militans respondebat, hæc Iacobus de Vitriaco Cardinalis in vita B. Mariae Ogiacensis lib. 2. c. 3. apud Surium tom. 2. 16. eunij.

*aclobus de  
Vitriaco.  
Surius.  
Exempli.  
Morsanius  
Lyduina  
Vrg. Chri  
stus cum  
Maria ap  
parat, ac  
purgatoris  
puras co  
muniuit.*

Cum iam ad exitū tenderet Lyduina Virgo sanctissima loaque esset, cum cunctis dormibitis absentibus, ipso Pascatius die, & contemplationi summo mane vacaret, vedit ad se videntem Dominum Iesum cum sanctissima Mater sua, & duodecim Apostolis, multiisque & Sanctis & Angelis. Sedit autem Christus ad legei eius dexteram, beatissima Maria ad sinistram, alijs in oibem honestissime eam cingentibus. Vedit etiam mensulam ornatam, &

in ea ceu sacri olei vasculum elegantissimum. Crucem quoq; pulcherrimam, & cercum valde luculentum, totum cubiculum mirificè illustrantem. Erat tunc corpus Virginis innatus angoribus à vertice usque ad pedes oppressum, & afflictum. & ecce sentit ab ipso Salvatore sacerdotibus induito vestibus loca corporis sui omnia perungi, quæ in morituris sacro oleo vngi solent; sed nulla Salvatorem audit verba proferentem. Inde Christus ponit in manu eius cereum, eumque tenet cum matre sua, cruce illic invisibiliter permanente donec exhalaret spiritum. Cum autem d. functa esset, rogauit Dominum, ut extreum vitæ eius finem tot doloribus, & afflictionibus cumularet, vt à corpore exiens anima sine purgatorio mox ad illum posfit euolare. Respondit Dominus ita fiet filia, vt petis, post biduum cantabis alleluia cum alijs Virginibus in regno Patris mei. Atque ipsa post biduum decessit. hæc Ioannes Biugianus Ordinibus Minorum in vita B. Lyduini 3. part. 3. cap. 11. apud Surium tom. 2. die 14. Aprilis.

15. His omnibus subijiciunt memorabile ex. Exemplum de Innocentio III. in libr. 2. vite B. Innocentii Lutgardis Virginis à Thoma Cantipratensis libro III. tertis mandata apud Surium tom. 3. Dominus Ponif. & Innocentius Papa tertius post celebratum La- tornaciteranense Concilium ab hac vita migravit, ferentes moxque apparuit visibiliter Lutgardi. Illa autem videt eum ingenti flamma cinctum, Desparatus quisnam sit percunctatur. Respondit se esse euadit. Innocentium Papam. Et illa cum gemitu: Quid hoc est, inquit, communem omnium nostrum patrem tam dire cruciari? Respon- dit ille tres ob causas ita crucior, quæ etiam æternis suppliciis me justissime addixissent, nisi per intercessionem piissimæ Matris Dei, cui monasterium condidi, in extremis me poniuerint. & æternam quidem mortem evasi, sed poenis atrocissimis usq; ad judicij diem erubabor. Quod autem ad te suffragia petiturus venire potui, mihi à suo filio Mater misericord. im petravit, his dictis cœlesti disparuit. hæc. ibi. Cæterum non tantum in exitu vite Virginis operm experimur, sed in universum in cunctis necessitatibus ipsi humano generi subvenientem, ac demones longè arcte, eorumque conatus comprimere dignatur, quod præter alia sunt. in Esther, iudith, & Debora clarissimis fœminis in lege veteri, quæ de hostibus gloriosè ex figuris triumpharunt, & ut verbis utas Hieronymi in veterum prolo-

*iniquum prologo in Sophoniam, aduersarios occidunt, ac peritum Israel ex periculo liberarunt præfiguratum est. sed in Virgine sanctissima longè perfectius, quam in illis est impletum, quod breuer demonstrandum est.*

DEIPARA IN FOR FISSIMIS  
fœminis Esther, Iudith, Debora  
præfigurata.

*Ester 2: 16 H*ANC igitur Virginem gloriosam ad-  
Bingo  
figura- quam adoravit Esther illa pulchra nimis,  
us E- mulier, & posuit diadema Regni in capite  
sua.  
*Ester. 8: 16* **H**ANC igitur Virginem gloriosam ad-  
figura- quam adoravit Asuerus pluquam omnes  
mulieres, & posuit diadema Regni in capite  
eius, cuius intercessione apud Asuerum Mar-  
dochæus cum omni Iudaorum gente à cer-  
tissima interpellatione levatus est, Iudaorum  
inimicis interfectis, & Aman superbissimo ac  
immanissimo hoste in ipamet cruce Mardochæo parata, suffixo ut propterea Esther 8:  
scriptum sit: *Iudeis autem noua lex oriri usq[ue]a*  
*est gaudium, honor, & iugum, quod de uni-  
verso hominum genere morti æternæ addictio,*  
Cant. 5.  
*cui beata Hugo pulcherrima mulierum Cant-  
ic. 5. libvenit, cuius peciem Rex concipi-  
vit, quæque mundo electa ut sol affulxit, meri-  
to pronunciari potest, ut docet S. Bonaventura  
in speculo capit. 5. & hoc quidem elogium  
Off. Eccl. Ecclesia usurpare solet, cum in festis beatae  
Virginis canit: *Concepcion tua Dei genitrix gau-  
dium annuncians uniuerso mundo, ex te enim  
ortus est sol iustitia Christus Deus noster, qui sol  
venerat maledictionem dedit benedictionem, & con-  
fundens mortem donauit nobis viam sempiter-  
nam.**

*Figuratur 17 Hujus Virginis typum gestit Judith castissi-  
ma, quæ sua sapientia, & fortitudine Holofer-  
nis ferocissimi hostis præcio capite populum  
suum ab imminenti vastitate liberat: quare in  
Iudith 13. eum quadrat illud ab universo populo ipsi Ju-  
dith acclamatum c. 13. Benedixit, inquit, se  
Dominus in virtute sua, quia per te ad nihil sum  
Iudith 14. redigis inimicos nostros: & illud c. 14 vel ab ipsis  
hostibus expressum, una mulier hebraea fecit  
confusione in domo Regis Nabuchodonosor, &  
Iudith 16. illud quod cap. 16. in cantico gratiarum actionis  
cecinit ipsa Judith de extinctione Holofer-  
nis: *Dominus omnipotens vocat eum, & irradit  
eum in manus fœminæ, & confundit eum.**

*B. Verg. f.  
teratur in  
Ducara,  
qua no.*  
Et quoniam per fœminam nova bellandi  
ratione beneplacatum est Deo de superbissimo  
hoste triumphare, jure optimo id quod de Deb-  
ora prophetide intigni fœmina, quæ Sifaram  
Ducem exercitus Regis Chanaam devicit, di-

*ctum est Iudic. 5. illud ipsum de sanctissima uabolla e-  
Virgine, quam Debora præfigurabat, qua- legni Do-  
que dæmonem levissimum hostem debella- minus.  
vit, dicere possumus: *Nova scilicet bella elegit Iudic. 5.*  
*Dominus, & portas hostium ipsa subvertit, & si-  
cuti in victoria Debora legimus ludic. 5. de Iudic. 5.**

*cœlo dimicatum esse contra hostes, stellæque B. Virgo  
manentes in ordine, & curu luci contexi Sila- pugnante  
rum pugnacienta in conflictu, quo beata Virgo omnibus  
inferorum acies pertergit, præfigurauit, atque suis parti-  
prostrauit, ipsa, quæ proper cœlestes suas prece bus que  
rogativa, cœlum, ut supra c. 3. dixi, appella- tanquam  
tur, contra eas dimicavit, omneq[ue] animæ ejus stellæ in or-  
vires, ac facultates virtutibus radiantes, omnes d. no suo  
quoque corporis sensus veluti sydera fulgentis: dimic-  
tina in ordine suo, ne in minimo quidem à re- runt.*

*Etitudine deflectentes, pugnarunt, & præteri-  
ptum sibi à ratione ordinem ita levabant, ut  
propterea ipsa Virgo Cantic. 6. Terribilis ut Cantic. 6.  
Castrorum acies ordinata dicatur. Quæ dum Terribilis  
explicatis vexillis parata ad pugnam, milites ut castro-  
habet bene dispositos, & suum ordinem er- rum acies  
vantes: Et ita confipata, inquit Rupertus lib. ordinata.  
6. in Cantic. 6. in nullo loco interrupia videatur: Rupertus.  
sicut amicis decora, & ambalib[us] ita hostibus pa-  
venda est, atque terribilis: ideo à Petro Damia- Pet. Dam.  
no sermone 2. de Natiuitate Deipara dicitur,  
singularis timor malignorum spirituum, spe-  
cialis amor civium beatorum: quare Cantic. 6. Cantic. 6.  
pulchra es amica mea, sua uox, & decora sicut le-  
rujalem, hoc est, amicis; inimicis vero ut ibi  
subjicitur: Terribilis ut castrorum acies ordina-  
ta: hoc de ea prædicabat sponsus Cantic. 7. Cantic. 7.  
Quid videbis in Sulamite nisi chorus Castrorum?  
Ipsa enim una propter fortitudinem suam in-  
fir erat copiofi exercitus ex fortissimis mili-  
tibus collecti. Quæ de re pulchre Sanctus Ber- S. Bernar-  
nardinus tom. 3. sermone 3. de glor. nom.  
Manæ artic. 3. cap. 4. ubi affirmat Virginem  
virtute sua dæmones terrire, & Richardus à Richard.  
laucto Victore super Cant. cap. 26. Virgo, in- Virgo ter-  
quit, tenebrarum principibus terribilis fuit, ut ribilis da-  
ad eam accedere, eamque tentare non præsumpe monibus  
rint, deterrebant enim eos flamma chartitatis, in-  
cendebant orationes, & fervor devotionis, stupe-  
bant immunem à peccatis. hæc Richardus, & Rupertus.  
Rupertus in illud Cant. 4. Oculius columbari; Cant. 4.  
inter alias columbae progenientes, docet eam  
libenter juxta fluentia refidere, ut venientem ac-  
cipierem ex umbra præcognitum, effugiat per-  
niciter: Ita nunquam, inquit, advenius spiritu-  
lis accipitris (hoc est dæmonis) esse improuisus,*